





1 Musaei Joh. I diff. in Epist. ad  
Romanos Cap. IX v. 19 - 23.  
jane 1652.

2 \_\_\_\_\_ diff. de vera presentia  
corporis Christi in S. Coena.  
jane 1652.

3 \_\_\_\_\_ diff. II. De natura et  
definitione Ecclesie.  
jane 1655.

4 \_\_\_\_\_ diff. de resurrectione  
Christi a mortuis, jane 1653

5 Musaei Joh. I diff. de Baptis-  
mo, H. Elmer 1664.

M, 8, 15

DISPUTATIO OCTAVA  
**EX EPISTOLA PAVLI**  
AD ROMANOS, CONTINENS

ἀνέλυσις capituli Sexti.

*Cujus positiones divina adjuvan-  
te gratia,*

**PRÆSIDE DAVIDE RVN-**

*GIO. S. S. THEOLOGIAE DOCTORE ET PRO-  
fessore in Academia Vitebergensi publico, in collegio  
disputationum Theologicarum privato de-  
fendet 22. Maij.*

**PAVLVS FABER FRANCVS.**



WITEBERGÆ,

*Typis M. Georgij Mulleri,  
Anno M. D. XCVI.*

## Selectis

*Consistorij Principalis, quod est  
Onoldi, adsefforibus,*

*Magnifico Nobiliq[ue] viro,*

*D. D. STEPHANO MUMMIO IC.*

*Reverendis & Clarissimis viris,*

*D. M. FRANCISCO RAPHAELI,*

*D. M. MICHAELI STIBARO,*

*D. M. ABDIA VUIKNERO,*

*D. M. IOACHIMO HOFFMANNO,*

*&*

*D. M. MARTINO MONIGERO,*

*illustris Scholæ Rectori, Patronis suis opt.*

*& doctoribus fidelibus.*

**Q**vando doctissimus R<sup>VNGIVS</sup>, doctor meus desideratiss. Thes-  
um harum dedicationem in arbitratu meo poneret, in mentem  
mihi venire non potuit quibus inscribere vellem, vos enim in ea du-  
dum eratis quibus debebam, vos inquam, quos Deus & Serenissimus  
noster Promotores mihi principes fecit. Hoc saltem oro ut confiden-  
tiæ meæ ignoscatis, qui tantum mihi sumserim; demisseq[ue] rogo, Viri  
Humanissimi, uti hæc primitias meas, nomini vestro inscriptas, sere-  
na fronte accipiatis.

*Bene valete, Patroni optimi, & me, ut antehac consue-  
vistis, benigniter fovete.*

**Paulus Faber Stetensis Franc,**

## CAPUT SEXTUM.

I.

 Vnde nostro seculo Pontificij doctrinæ de gratuita remissione peccatorum & justitia imputata objiciunt, laxari ea frenum cupiditatibus hominum, & impediri bonorum operum studium, idem Apostolo objiciebant, Pseudodoctores: vers. 1. Quid igitur dicemus? Manebimus in peccato, ut gratia abundet?

II.

Hac occasione Paulus cap. 6. instituit gravem ac plane Apostolicam concionem διδακτικὴν & προσευχὴν de sanctificatione, quæ item est fructus veræ justitiae fidei, & multa recenset fundamenta ac rationes maximi momenti, quare sint facienda bona opera. Quæ ordine secundum seriem textus digesta enumerabimus.

III.

Propositio hujus capituli est: Iustificatis fide non licet secundum carnis cupiditates vivere, sed studendum est sanctificationi & operibus placentibus Deo.

IV.

Ratio prima, qua diluit objectionem propositam: Iustificati fide sunt mortui peccato: In eodem igitur vivere non possunt. Phrasis Apostoli mori peccato significat non modo vulgarem Mortui quandam abstinentiam à proposito peccandi, sed quandam ἀντί peccato πάθεαν, qualis est inter mortuos & vivos, aut αδυναμίαν, quæ in ergo ei mortuo est respectu actionum vitæ efficiendarum. Ita vivere peccato est eō delectari idq; quotidianis actionibus usurpare. vunt.

V.

Secunda vers. 3. Qui in Christum Iesum baptisati sumus in mortem ejus sumus baptisati. Baptisari in mortem Christi hoc loco significat, non tantum professionem fidei edere de Christi morte & sepultura, sed etiam participem fieri benefiorum mortis Christi quorum non postremum est liberatio à servitute peccati. Cum Christo in baptismo se-

VI.

Cum Christo igitur spirituali sepultura ad mortem peccati sepulti, æquum est, ut cum eodem per gloriam potentiae Patris resuscitati surgamus à vitiorum fordibus & in novitate vitæ (Phrasis Hebr. pro nova vita seu nova & sancta vivendi ratione) cato non vivunt.

A 2

ambule-

ambulemus. Si enim Christo insiti per baptismum mortis ejus participes reddimur, quidni etiam vitæ; & si cum ipso morimur peccato, utiq; cum eodem etiam vivemus justitiae ac Deo vers. 4.

VII.

*Vetus ho-* crucifixus, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non serviamus pec-  
*mo est cru-*cato. Sententia est plana: Ut homo crucifixus non potest ampli-  
*cifixus er-* us cupiditatibus suis obsequi aut membris uti pro arbitrio, cum  
*gò non vi-* corpus planè destruatur: Ita noster vetus homo cum Christo est  
*vat.* crucifixus & corpus peccati destructum: Nulla igitur peccato deinceps seviendi restat facultas.

VIII.

Probatio antecedentis: Qui mortuus est justificatus est à pec-  
cato: Iustificandi significatio hoc loco forensis est, denotans pro-  
nunciationem seu absolutionem à sententia obligatione & do-  
minio peccati: Sed non exprimitur hoc loco cautia absolutionis  
seu liberationis: Neq; enim propter mortem nostram spiritualem  
liberamur à servitute peccati, sed per solum Christum.

IX.

Amplificatur hoc argumentum in sequentibus: Si mortui su-  
mus cum Christo, credimus quod cum eo etiam victuri simus;  
Scientes quod Christus mortuus non amplius moritur, mors illi  
ultra non dominabitur: Quod enim mortuus est peccato (ut id  
expiaret) mortuus est semel, quod autem vivit, vivit Deo: Ita &  
vos existimate vos mortuos esse peccato, vivere autem Deo in  
Christo Iesu Domino nostro.

X.

*Quarta ratio ex antithes. vers. II.* Si estis mortui peccato, seu  
*Turpe est* ex fœdissima servitute ejus liberati, sanè turpe esset peccatum re-  
peccati do- gnare in mortali vestro corpore, & vos obedire ei in concupis-  
minum, tijs ejus, præsertim cum imperium tale impeditre positis.

XI.

Expositio argumenti hujus est vers. 12. Neq; exhibeatis mem-  
bra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tanquā  
ex mortuis viventes vita spirituali & membra vestra arma justi-  
tiae Deo. Inest etiam his verbis argumentum ab in honesto. Neq;  
enim convenit membra nostra, quæ ut organa justitiae creata, & p  
Spiritum S. renovata sunt, transformare, ut sint instrumenta Sata-  
næ & peccati.

Quinta

XII.

Quinta ratio : Peccatum vobis non dominabitur , quia non Renati  
estis sub Lege, sed sub gratia. Est in hoc argumento primum collatum sub  
tio populi in Veteri Testamento cum Christianis in Novo : Si ille mortificatione carnis studuit, quanto magis huic idem debet esse peccare  
se propositum.

XIII.

Deinde renati non sunt sub lege, hoc est, non tenentur fulmine aut maledictione illius, sed sunt sub gratia: Sponte igitur, tanquam filij gratiae debent abjicere opera tenebrarum: Adhaec Peccati dominium & gratiae dominium sunt opposita: Renati sunt sub gratiae divinae patrocinio, ergo non possunt simul esse sub potestate peccati, cui nimicum non gratia Dei, sed ira & maledictio annexa est.

XIII.

Quia verò dictum hoc quod renati non sint sub Lege, poterat ab Epicureis perverti & aliò detorqueri, ideo ipse Paulus subjugit objectionem hujusmodi.

xv

Quid igitur? Peccabimus ne quia non sumus sub lege, sed sub Forma do-  
gratia? per Enthymema à contrario respondet Apostolus ex fun-  
damento jam ante posito. Minimè? Cui aliquis obedientiam  
præstat, ejus est servus; sive peccato ad mortem, sive justitiæ ad  
vitam. Sed vos liberati estis à peccato, & obedistis ex corde in eam (a) Turpis est  
formatum doctrinæ in quam traditi estis. Liberati autem a peccato fruſus in  
servi facti estis justitiæ. Er

XVI.

Hoc ipsum per expolitionem clarius illustrat vers. 19. Vbi ergo fugient  
initio causam exponit, quare in rei divinæ declaracione utatur si dus rena-  
militudine viliori, nimis ut infirmitati carnis & intellectus tis.  
humani serviat: Monet igitur renatos, ut membra sua exhibeant Suavis est  
ad serviendum justitiæ, sicuti ante eadem præbuerunt servituti obedientiæ  
iniquitatis.

XVII.

*Sexta ratio à fructu (a) iniquitatis & justitiæ: Impietatis fructū 30. inqui-  
clim perceperistis, sed talem cuius recordatione necesse est vos eru- rendus.  
bescere: Respicit autem ad catalogum scelerum, qui cap. I extat. (b)  
Servitus Dei verò parit sanctificationem & profert fructus spiri. *Impietatis*  
tus Gal. 5. Renati igitur ab omni turpitudine longè abesse & san- præmium  
etitati stude debent. est mors.*

*Postrema ratio à fine utriusque studij: (b) Impietatis finis est Ergo fugit  
mors: Liberationis à peccato & servitutis Dei finis est vita eterna. endū pec-*

## XIX.

Poterant verò arbitrari Romani in hac collatione vel 5*υτιδι*  
σε finium parem per omnia esse rationem, ac cum Papistis nostris  
oggamire Apostolo: Si impietas damnat, studium pietatis salva-  
bit: Et sicut illi ex meritò debetur mors: Ita huic ex meritò vitæ  
æternæ præmium erit exolvendum,

## XX.

Responder Apostolus ἀποφατικῶς sed causa ἀποφάσεως os-  
missa in altero membro: Non est inquit par ratio finis: Peccato  
enim debetur mors, ut stipendium labori: Sed vita æterna est gra-  
tuitum Dei domum in Christo Iesu Domino nostro, cuius solius  
meritò est acquisita, nobis autem datur gratis. Quare verò non  
sit par antitheseos ratio non explicat Apostolus, sed in sequen-  
tiem tractationem rejicit qua ostensurus est, opera renatorum ne-  
quaquam congruere cum perfectione Legis, ac proinde non esse  
meritoria.

Cap. 7.

*Hac sit ἀνάλυσις textus, ex qua de tribus doctrina Christianæ capi-*  
*tribus notationes breves subiiciemus:*

*De Sanctificatione*

*De Baptismo*

*De Vetere & novo homine*

*De Sanctificatione,*

I.

*S*anctificationis vox non uno modo usurpatur in sacris literis:  
Alias enim Sanctificari est idem quod sanctum agnosci coli &  
celebrari: Ita oramus ut sanctificetur nomen Dei, & huic  
opponitur pollutio nominis divini, quando id male audit blas-  
phematur & vili penditur ab hominibus Rom. 2.

*Augustin.  
lib. 4. de  
Tropis  
V. T.*

*Segregatio*

*Hebr. 7.*

Deinde Sanctificare significat aliquid segregare ab alijs, sacræ  
rei efficiendæ destinare, ad opus aliquod divinum ordinare seu  
Deo consecrare: Ita dies Sabbati sanctificatur, Aaron Levitæ &  
primogenita sanctificantur Deo: Christus ipse Ioh. 17. inquit: Ego  
sanctifico me pro eis, id est, sisto ne tanquam Pontificem segrega-  
rum à peccatoribus, ut pro eis victimam offeram tibi placentem  
Iohan. 10, Mc Pater sanctificavit.

Adhæc

### III.

Adhæc sanctificatio dicitur, qua Deus nos sanctos facit vel imputando nobis filij sui sanctitatem Hebr. 10. Per oblationem corporis Christi sanctificati sumus, 1. Cor. 1. Christus est nobis sanctificatio: Vel inchoativè & inhærenter, renovans mentem & cor nostrum Spiritu S. & excitans in nobis novos motus, quæ dicitur innovatio Psal. 51. Et quia homo renatus novos motus efficit adjuvante Spiritu sancto, ideo ipse se quoq; sanctificare dicitur ut toto cap. 6. ad Rom. Levit. 20. Sanctificate vos, quia ego sanctus sum 1. Tim. 2. 1. Thess. 4.

### IV.

Est & hujus voci significatio Legalis seu ceremonialis, deno-*Legalis* tans vel purificationem ab externis contaminationibus, vel *sæcundum sanctitas vocationem* ad usum licitum, Exod. 16. Sanctifica populu hodie & cras & lavent vestes suas. Ita aurum sanctificatur per templum Mat. 23 & mulier infidelis sanctificatur per virum fidelem, aut contra 1. Cor. 7. & sanctificat se Paulus ingressurus templum Actor. 21. & cibus sanctificatur per verbum & orationem 1. Tim. 4.

### V.

Vel etiam sanctificatio per *avt*iphag*σις*** significat contaminati-*sanctifi-* onem ac pollutionem ceremonialem, usu aut tactu rei sacræ aut *care per* immundæ contractam ut Exod. 29. Qui attigerit altare sanctifi-*avt*iphag*σις*** cabitur. Lev. 8. Qui attigerit carnes sanctificabitur Hag. 2. *σις*.

### VI.

Sed omissis nunc alijs significatis hujus voci de ea sanctificatione, quæ hujus loci propria est dicemus, qua denotat sanctam & inculpatam vitæ rationem, ortem ex interiori renovatione mentis voluntatis & cordis, facta à Spiritu S. Rom. 6. vers. 20 Exhibet membra vestra servire justitiae in sanctificationem. Huic opposita est pollutio vitæ in omnibus peccatis cum Lege Dei pugnantibus.

### VII.

Hæc sanctitas vitæ quare sit renatis praestanda, & oppositum ejus fugiendum, aliquot argumentis illustribus demonstrat Apostolus, petitis à conditione personarum renatarum & rebus ipsis, ut ex textus *avt*iphag*σις*** videre est: In quibus tamen hoc præ cæteris notatu est dignissimum, quod Apostolus de necessitate sanctificationis disputans ex professo, planè omiserit præcipuum Pontificorum argumentum de justitia operum & meritò vitæ æternæ.

Poterat



### VIII.

Poterat enim cæteris argumentis omissis paucis dixisse ex sententia Iesuitarum: Bona opera sunt facienda renatis, quia per ea justi sunt coram Deo & merentur vitam æternam:

### IX.

*Meritoria opera.* Poterat addidisse Catalogum bonorum operum, quæ meritaria sint vitæ ceteræ in Schola Iesuitica, videlicet: Certò salvabimini, si aliquot missas pecunia vestra emitas quotidiè audiveritis, si in quadraginta & feria sexta ac septima à carnibus abstineritis; Si facultates vestras dederitis monachis & monialibus; Si illorum merita vobis applicueritis: Si ad statuas & reliquias sanctorum iter pedibus feceritis; Si annum jubileum Romæ visitaveritis: Si Mariam virginem, me & alios Apostolos & multos sanctos alios diligenter invocaveritis: Si Petrum ejusq; successorem in vestra urbe Roma pro Vicario Christi agnoveritis &c. Sexcenta hujus generis.

X

Agite vero Iesuitæ, dicte nobis quo consilio vas illud Dei electum, ex professo disputans de causis quare facienda sint bona opera, ne verbulo quidē justitiae inhærentis & meritorum vestrorum fecerit mentionem? Quare de commentitijs vestris operibus tam altum in hac doctrina silentium?

### XI.

Aut igitur nescivit Apostolus, veram de operibus docendi rationem, ac proinde Apostoli nomine foret indignus: aut impertiri Romanis hanc sapientiam meritariam noluit, quod pietati candori & dilectioni illius repugnat, qui gloriatur Act. 20. Se omne consilium Dei fideliter explicasse suis auditoribus: Aut non venit illi de bonis operibus commentanti hoc caput doctrinæ de merito in mentem, quæ prodigiosa foret oblivio: Aut (ut vobis etiam aliquid largiamur) non fuerunt hæc mysteria propalanda scriptione, sed reservanda traditioni arcanæ.  $\lambda\bar{n}\bar{s}\Theta$ .

### XII.

*Quare o-* Nihil opus est divinatione: Verè nescit Apostolus hoc commissa mē- mentum de meritis operum, qui soli Christo gloriam acquisiti- tio meriti. tam pretiosi thesauri æternæ salutis tribuit: quiq; disertè eam hoc eodem in loco respectu nostri non meritum sed *donum* gratui- tum esse confirmat, Stipendium inquit, peccati mors est: Do- num autem Dei est vita æterna: Undenam illud donum: In Chri- sto Iesu Domino nostro. Habes sententiam Apostoli, quomodo vita

vita æterna nobis contingat dñs dñs παντοπ pugnante cum Pa-  
pistico delirio de meritis operum.

Sed hæc sufficiente hoc loco dicta, cum capite 12. & 13. plenior  
de operibus dilectionis tractatio sit instituenda.

### De Baptismo.

I.

**D**E Baptismo sic loquitur Apostolus: quicunq; baptizati sumus  
in Christum Iesum, in mortem ejus baptizati sumus: Conse-  
pulti igitur sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quem-  
admodum Christus resuscitatus est à mortuis per gloriam patris,  
ita & nos in novitate vitæ ambulemus.

II.

Consideranda in hoc dicto 1. Nomen & res baptismi & quid  
sit baptisari in Christum Iesum & in mortem ejus. Quid συνταφη-  
γει cum Christo in morte 2. Quis fructus baptismi. Reliqua mem-  
bra ex tractatione locorum communium petantur.

III.

Baptismi nomen ἅμωματος usurpatum in sacris, tum de cruce  
& calamitatibus piorum, Matth. 20. v. 23. tum de miraculosa effu-  
sione spiritus S. super credentes in primitiva Ecclesia. Act. 1. v. 5.  
& 10. v. 16. Luc. 3. v. 16. Propriè verò accipitur de sacro aquæ la-  
vacro certo institutionis verbo inclusio, & ad certum finem desti-  
nato. Retenta est vox ex veteri testamento in quo multa bapti- *Marc. 7.*  
smatum seu lotionum sacrarum genera fuerunt à Mose institu- *vers. 4.*  
ta. Vulgo homonymiam enunciant triplici baptismi differentia: *Judith. 12.*  
dicentes alium esse fluminis, alium flaminis, alium sanguinis. *vers. 7.*

IV.

Est autem baptismus Sacramentū initiationis in N. Test: in- *Syrac. 34.*  
stitutum divinitus, quo peccator tintus lavacro aquæ in nomine *vers. 30.*  
Matth. 25. Patris Filij & Spiritus S. regeneratur ex filio iræ in filium gratiæ, *Marc. 16.*  
recipitur in fœdus cum Deo, & morti Christi inseritur, ut remis- *Ephes. 5.*  
sis peccatis & mortificata carne bona conscientia coram Deo vi- *Iohan. 3.*  
vat, & hæreditatem regni cœlestis consequatur. *1. Pet. 3.*

V.

Duplicem novi Testamenti baptismum singunt 1. Pontificij, Papistæ  
qui baptismum Iohannis (qui certè novi fœderis fuit) à baptismo habet du-  
Christi essentia & efficacia differre opinantur, quasi ille tantum pli-  
corpora, hic animas abluerit, ille in pœnitentiam hic in remissio- *ptimū no-*  
*men. peccatorum collatus sit.* *vi Testa-*

B

Quan- menti.



V I.

Quanquam autē de baptismo Iohannis & singulis ejus attributis acerbè disputare necesse non est, cum, qua forma administratus sit, nusquā extet: Tamen ferenda non est impudentia Tridentini conciliabuli, in quo cap. de baptismo can. 1. sic decernitur: Si quis dixerit, baptismum Iohannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi anathema sit.

V II.

Concedimus sanè aliam in aliquibus fuisse rationem baptismi Iohannis quam est Christi, quia ille in venientem Messiam, fuit collatus, hic exhibitum Christum intuetur: Sed illum vacuum fuisse Spiritus sancti efficacia & remissione peccatorum nusquam affirmat scriptura.

V III.

Patres non consentiunt in hac quæstione, ut & ferē in alijs: Lib. 5. cōt. Augustinus judicat in spe remissa peccata baptizatis à Iohanne, Den. c. 10. sed liberum relinquit lectori judicium, ut cui hæc causa non placeat meliorem reddat, lib. 2. cont. lit. Petil. cap. 37.

V IV.

Marc. 1.  
Luc. 3.  
Matth. 3.  
Quia verò testatur scriptura, Iohannem fuisse primum Evangelij de præsente Messia præconē & prædicasse in nomine Christi pœnitentiam & remissionem peccatorum, & hanc doctrinam sacramento baptismi confirmasse, seu in hanc fidem & confessionem baptizasse; manifestum est non fuisse ipsius baptismum gratia Dei & remissione peccatorum inanem,

X.

Calvinianorum duplex baptis- Secundò Calviniani ipsum Christi baptismum duplē faci-  
mūs. unt, externum aquæ & internum spiritus, Et hos duos specie, tempore, efficacia differentes. Hic error intolerabilior est Pontificio, de quo modo dictum. XI.

Repugnat enim manifestò testimonio Apostoli, qui unum Deum, Vnam fidem, unum baptisma Christianorum omnium esse affirmat, Eph. 4. Evacuat baptismum aquæ, eiq; præter inanem significationem, & quidē re signata sæpiissimè vacuan relinquit: Sentiunt enim multa millia infantum baptizari, qui cum non sint in electorum numero nunquam regenerantur.

XII.

His proinde baptisatis aquæ nihil confert gratiæ & cœlestis doni (quam vim in alioqui universum baptismo adimunt) nihil etiam significat, quippe cum res signata nunquā sequatur; nil hi-

hil ob-signat, cum nihil illis utpote ex absoluto Dei decreto repro-  
batis unquam sit promissum. Estq; instar sigilli, quod vacuis scri-  
ptura tabulis appenditur. Talem infantum baptismum omni effi- *Exigua dif-*  
*cacia inanem præstaret cum Anabaptistis omnino omittere, quām ferētia in-*  
*in ludibrium Dei, Ecclesiæ, & ipsius Sacramenti infantibus con- ter Anaba-*  
*ferre.*

X III.

Confirmat autem Apostolus baptismum non tantum esse sim- *Calvinia-*  
*bolum gratiæ Dei & professionis Christianæ, & singnaculū ado-*  
*nos.*  
ptionis probabiliter securæ, sed lavacrum regenerationis & re-  
novationis in Spiritu S, conferens hæc beneficia baptizatis omni-  
bus, nisi quis hypocritica impietate Spiritus sancti operationem  
impedit.

X IV.

Impiis enim hypocritis, qui adulta ætate baptismū expetunt, *De hypocri-*  
sua natura est lavacrum regenerationis, nec potest præsentia ac tarum ba-  
efficax operandi vis spiritus S. impediri hominum incredulitate, *tismo,*  
et si operatio ipsa & effectus ejus impeditur ac evertitur, & impij  
quantumvis vero & efficaci baptismo percepto non regeneran-  
tur: Fit enim illis inefficax seu ἀκαρπον hoc lavacrum per acci-  
dens, quod sua natura semper est ἀνεγγέλη.

X V.

Vnus ergo tantum est baptismus, quem pariter adulti, tam  
hypocritæ, quām verè credentes & per Verbum conversi, & in-  
fantes omnes percipiunt, His igitur est lavacrum conferens fi-  
dem & regenerationis donum, credentibus verò adultis confe-  
rens fidei & renovationis incrementum, utrisq; ob-signans gratiā  
Dei arrhabone Spiritus sancti. Hypocritis verò idem baptismus  
hæc beneficia offert, Sed propter ἐμπόδιον απίσιας illorum neq; ca-  
baptisatis confert, neq; ab illis accipiuntur.

X VI.

Novum & periculose dogma esse statuimus, docere quod  
hypocritæ per baptismum in hypocrisi perceptum actu sint rena- *An hypo-*  
ti & filij Dei facti; cui delirio reclamat universæ scripturæ sacræ critæ re-  
constans sententia, quæ eos filios Diaboli & semen Satanæ nun- *generetur*  
cupat, Gen. 3. Ioh. 8. Cumq; non credant, nec novos motus ul *in baptis-*  
los sentiant, neque ullo actu regenerationem suam testentur, mo.  
(hæc enim sunt renatorum προσκείμενα) sed sint impenitentes,  
qua ratione justi, regenerati & renovati dici possunt, nisi cœlum  
terræ, justitiam injusticiæ, πιστὴ τῆς απίσιας, deniq; omnia in unum  
chaos miscere libeat?



XVII.

Vtrinque igitur locupuli declinandi sunt: tum ne baptismum efficacia regenerandi spoliemus, tum ne effectum videlicet regenerationem ipsam pro substantia baptismi acceptemus: Illud enim subtracto nucleo putamina relinquunt Ecclesiae: Hoc pios & hypocritas sub eundem censem concludit.

XVIII.

Nam quod ad dictum praesentis loci attinet: Quicunque baptizati estis, in mortem Christi baptizati estis, conseulti cum Christo in mortem, Non hoc vult Apostolus, quod perperam inde per  $\omega\alpha\lambda\omega\gamma\iota\sigma\mu\delta\rho\lambda\epsilon\epsilon\omega\varsigma$  extruitur, quasi hypocritae sint renati, aut quasi regeneratio sit de baptismi substantia: Sed loquitur de fine sacri hujus lavacri, quo mortis Christi participes fiant baptizati, et si effectum ipsum & fructum non percipiunt, qui Spiritus sancti operationem  $\pi\alpha\lambda\iota\gamma\epsilon\upsilon\kappa\lambda\iota\kappa\pi$  pertinaci hypocrisi intervertunt.

XIX.

Significat autem baptizare in Christum Iesum, non novam Baptizari baptismi formulam usurpare ab institutione Matth. 28, discrepantem, ut quidam ex malè intellectis locis Act. 2. vers. 38, & 19. v. 6. Christi. colligunt: Sed in nomine Christi baptizari est ad mandatum & institutionem Christi in fide & confessione de Christo baptizari.

XX.

Altera phrasis qua baptizati dicimur in mortem Christi & cum Christo conseulti, per baptismum, ad fructum baptismi describendum pertinet: Inferimus enim Christo per baptismum, ut beneficiorum per mortem & sepulturam Christi acquisitorum siamus participes.

XXI.

Est ergo baptismus ad salutem necessarius Christianis omnibus. Iohann. 3. (nisi quos necessitatis casus, lege solutus, excusat) cum salutem operetur in baptizatis, ut i. Pet. 3. vers. 12 dicitur Salvos nos facit Marc. 16. baptismus, qui non est depositio sordium carnis, sed conscientiae bonae interrogatio in Deum.

XXII.

Denique ad significationem quoque Sacramentalem haec referri possunt: Mersio enim in aquam, quæ sit in baptismō est symbolū sepulturæ Christi, significans nos per baptismum immergi Christo, & Veterem Adamum nostrum quotidiani pœnitentiæ exercitijs enecandum esse & mori cum concupiscentijs suis debere. Ita eductio ex aqua significat novum hominem cum Christo resurgere

furgere debere, & novam vivendi rationem inchoare in justitia & sanctitate Deo placentem.

### *Porisma.*

Etsi forma externa usurpationis aquæ est ἀδιαφορη, ac quoad substantiam Baptismi perindè est sive fiat aquæ aspersio, sive baptizandi in eam immersio: Tamen ad significationem Sacramentalē exprimendam magis congruit immersio.

### *De Vetere & novo homine*

#### I.

Quid phrases Paulinæ tribuentes cuivis Christiano duplicem hominem Veterem & novum, significant disputatum in Ecclesia olim à Manichæis & nostro seculo à Flacianis, qui antiquam Manetis hænesin ab Orco suscitarunt.

#### II.

Senserunt enim in quovis Christiano duos esse homines sub-Flacianū stantia differentes, quorum alter vetus, sit ipsum peccatum origi-<sup>dogma.</sup> nis, alter novus, sit ipsa justitia inchoata in hac vita, & persicienda in altera.

#### III.

Absurditas hujus dogmatis in primo articulo Concordiae Christianæ eruditè detecta & plenè confutata est: Evertit enim præcipua Christianæ religionis fundamenta de hominis creatione, redemptione, sanctificatione & resurrectione carnis nostræ.

#### IV.

Facit enim aut Deum substantiæ istius malæ creatorem, aut Diabolo tribuit potestatem creandi substantias: Fingit Christum Corruptionem peccatores sed peccatum ipsum (opus Diaboli quod destruxit non redemit) redemisse suo sanguine: Spiritum S. non homini puerū artem Dei creaturam sanctificare, sed peccatum, ut ex peccato fiat <sup>ticulorum</sup> Sanctitas. Statuit resurgere non hoc corpus quoad substantiam quod pīj circumferunt in hac vita, quippe quod ad peccati substantiam planè in altera vita abolendam pertinet, sed aliud specie diversum. Hæc portenta opinionum recitare est confutare.

#### V.

Apostolus vero quando de Vetere & novo homine loquitur quod aliquoties factitasse legitur Rom. 6. vers. 15. Eph 4. vers. 22. Colos. 3. vers. 9. Non de substantia animæ & corporis vetere &



noya, sed de inhærente in homine vel antiquo vitio ab Adamo  
contracto, vel novo dono & beneficio à Christo secundo Adamo  
per Spiritus S. operationem collato differit.

V I.

Nun hō-  
ret zu jhr  
Christen  
Ecut.

Anabaptistæ veterem hominem de corpore, novum de ani-  
ma imperitè intellexerunt, ut canticum ab illis compositum ani-  
mæ & corporis σύγχρονο exprimens ostendit. Sed falsa etiam hæc  
est opinio cum non tantum corpus sit peccato & corruptioni ob-  
noxium, sed anima omnium maxime in summis suis potentijs sit  
horribiliter deformata.

V II.

Vocat quidem scriptura Veterem hominem alibi carnem &  
novum homem Spiritum Gal. 5. Sed idem cum Flacianis error  
est factioñis Anabaptisticæ, cum hæc appellations intelliguntur  
de substantia corporis & substantia animæ. Longè enim aliter  
scriptura de lucta carnis & Spiritus, & veteris & novi hominis  
differit.

Caro &  
Spiritus.  
Rom. 8.

Exempli gratia, dubitatio de Deo ejusq; verbo, incredulitas  
sequens in religionis negocio judicium rationis suæ & non Ver-  
bi, & quæ sunt hujus generis sunt opera carnis, sunt φρόνκμα σαρ-  
κοῦ : Et tamen hæc non esse corporis attributa, sed præcipue po-  
tentia animæ, nimirum intellectus opera manifestè liquet.

VIII.

Est itaq; vetus homo nihil aliud quam fœda peccati origina-  
lis lues, qua anima & corpus miserè deformata & penitus vitia-  
ta ac corrupta sunt, adeò ut sua natura homo nihil cogitet aut  
agat eorum quæ sunt Spiritus Dei, sed tantum carnalia, munda-  
na Deoq; adversa sapiat, spectet, desideret, quærat.

X.

Caro &  
Sanguis,

Hanc naturam corruptam Salvator noster notat appellatio-  
ne carnis Iohan 3. Quicquid natum est ex carne caro est, de qua  
I. Cor. 15. dicitur quod Caro & sanguis regnum Dei possidere  
nequeant.

XI.

Et appellationem carnis etiam de potentia intelligente in  
scriptura usurpari docet textus Matth. 16, uti Christus dicit Pe-  
tro

tro edenti illustram confessionem de persona & officio Christi :  
Caro & sanguis haec non revelarunt tibi, id est, haec non ex principijs naturae insitis didicisti, Sed Spiritu Patris mei docente. Et Paulus Gal. 1. dicit se vocatum ad ministerium divinitus, non deliberasse cum carne & sanguine, hoc est, non induluisse cogitationibus aut cupiditatibus suis, sed secutum esse Deum vocantem.

### XII.

Paulus hoc loco vocat corpus peccati, quod ait in renatis destrui crucifixione Veteris Adami ne ultra serviant peccato. Hic exultant Flaciani canentes πρὸ νίκης ἐπινίκιον : Quia inquiunt Corpus peccati vocatur, substantia peccatum sit necesse est : Απαλεύτως simul & impiè,

### XIII.

Hoc corpus peccati si de substantia corporis propriè intelleximus. Corpus ligatur, aut est ipsum nostrum corpus animatum, aut aliud in eo peccati. corpore ; Non hoc, alioqui duo corpora humana in uno homine statuenda essent, per absurditatem Flaciano grege non indignamus. Ergo illud ipsum quod ex nativitate prima accepimus,

### XIV.

Si per baptismum in mortem Christi, & renovationem nostram destruitur corpus peccati, ergo resolutionem animæ & corporis & mortem è vestigio subsequi necesse est, quod vanum esse sequentia verba docent, ne ultrà serviamus peccato, quod non de pijs mortuis, qui justificati sunt à peccato, sed superstitibus in hac vita necessario est accipendum.

### XV.

Qualis igitur est destructio, tale etiam corpus destruendum hoc loco intelligi oportet ; Destructio vero veteris Adami est naturæ nostræ alteratio, qua corpus peccati seu vitium altè inhærens naturæ, paulatim aboleatur, & succedit donum renovationis, collatum à Spiritu sancto qua in locum & suorum spiritualis novæ vires agnoscendi & invocandi Deum divinitus in nobis ascenduntur & expulis vitijs spiritualibus cor purgatur & nova luce intelligentia & bonis motibus illustratur & sanctificatur.

Hanc

XVI.

*Crucifixio  
corporis  
peccati.*

Hanc alterationem vocat Paulus crucifixionem & destruptionem ut ostendat, hanc mutationem carni nostræ, hoc est rationi affectibus & omnibus viribus ingratam & molestam esse, & simul doceat tenebras mentis planè discutiendas & pravos affectus cordis omnino extirpandos esse, si tota hominis renovatio fieri debat, quod tamen in hac vita propter naturæ imbecillitatem perfectè præstari nequit. XVII.

Vt ergo vetus homo sunt antiquæ vires in nobis ad peccandum, & ððvraµia benè agendi: Deum agnoscendi & recte colendi & mandatis Dei obsequandi: ita novus homo sunt novæ vires & facultates ad bonum spirituale amplectendum ad Deum agnoscendum & invocandum, eiq; obediendum.

XVIII.

Illæ ex prima generatione carnali: Hæ ex regeneratione spirituali. Illæ ex primo: Hæ ex secundo, videlicet Christo Iesu quem per baptismum & fidem renati induunt. Illæ hærent in natura, & ex ea fluunt: Hæ non ex nobis non ex Philosophia aut viribus humanis, sed sola Evangelij doctrina de Christo fide apprehensa in cordibus existunt.

*Problemata, in συζήτησε dissoluenda.*

Quæritur I.

**Q**uomodo mors Christo ultra non dominari dicatur in textu, nunquid igitur Christus fuit aliquando sub dominio mortis?

Negantem confirmant dicta: Stipendium peccati mors: Rom. 6. Nemo aufert animam meam à me, sed ego pono illam Ioh. 10. Ose. 13. Ero mors tua ô mors. Act. 2. Impossibile fuit Christum à morte teneri, oppositam videtur textus affirmare. II.

*Vers. 6.* An resolutio corporum humanorum sit pœna peccati? Cum sublata causa, hoc est peccato, per mortem, effectum tolli necesse sit: Contrarium verò experientia testetur. III.

*Vers. 17.* Quæ sit forma doctrinæ in quam traditi sunt Romani? Num scriptæ traditio? Ex ea igitur petenda ratio obediendi Deo in Novo Testamento & non ex solo verbo scripto: Si scripta, aut Lex erit, aut Evangelium: Non Lex, quia negat Apostolus renatos esse sub Lege: Non Evangelium: quia ea non est doctrina operum, de qua hoc loco disputat Apostolus.

Deo soli gloria.



AB 22 841 (1)



56.

Hi.77

WCP





**Farbkarte #13**

B.I.G.

